

incipit parvifacere agnitam veritatem, eamq;₃
paulatim prodere & perfidè abnegare.

60. A quo gradu impietatis mox fit transi-
tus ad blasphemam Evangelij oppugnationem:
atque sic paulatim homo blasphemia in Spir-
itum sanctum involvitur, tandemq;₃ in aeternum
inferorum barathrum præcipitatur.

61. Nam vt disertè Servator affirmat, ea est
peccati huius atrocitas, ut neque in hoc, neque
in future seculo, sive, quod idem est, in aeternum
non remittatur.

62. Neque eorum ferenda est explicatio,
qui haec verba Christi, (in aeternum non re-
mittetur,) pro eo, quod excusationem non ha-
bet, ac proinde difficulter remittitur, acci-
piunt.

63. Non enim ullum vel levissimum dari po-
test delictum, quod coram tribunali Dei excu-
sationem etiam minimam pretexere possit.

64. Neque Christus Servator discriminem
inter peccatum in Filium hominis, & inter blas-
phemiam in Spiritum sanctum, in gradibus qui-
busdam Remissionis collocat: Sed simpliciter
illud Remissibile, hoc Irremissibile esse pronun-
ciat.

65. Nefas ergò fuerit, Remissibile dicere id, quod
Servator Irremissibile esse, expressè affirmat.

66. Est autem Irremissibile hoc peccatum in
aeternum, non quod sua magnitudine & a-
trocita-